





DISPUTATIO. IX.

Centuriæ Quartæ

QUÆSTIONUM

ILLUSTRIUM PHI-  
LOSOPHICARUM

In Inclitâ VVitebergensi Academiâ

Proposita

P R A E S I D E

M. Jacobo Martini

Logices Profess. Publ.

R E S P O N D E N T E

JOANNE STRAUCHIO

WITEBERGENSI

Ad 4. Nonar. April. horis à 6. matuti-  
nis in auditorio collegij veteris.

W I T E B E R G A E,  
Excudebat Martinus Henckelius,  
Sumptibus Pauli Helvvigij Bibliop. Anno

M. D C. VIII.

V · I · R · O ·  
Spectabili & Clariss.  
Dn.  
**M. ERASMO SCHMIDIO**  
eloquentiæ Græcæ  
P. Professori,  
*Alumnorum Electoralium, inspectori,  
Collegijq; Philosophici p. t.*  
*DÉCANO,*  
Præceptori & Promotori meo  
Hasce pagellas  
meritò  
Offero consecroque  
**Ioann. Strauchius**  
Auctor & Resp.





## Quæstio I.

### Quaratio subalternationis in scientiis?

**S**triplex + scientiarum discriminem proponitur ab Averroë comm. 69. ad l. i. post. analyt. Aristot. Aliquæ differunt penitus in re considerata: quæ necessariò etiam diuersum considerandi modum requirunt; ut Ethica & Physica; Illius enim subiectum quoad rem consideratam sunt res contingentes, huius vero necessariæ. Quædam in ista conueniunt, in modo vero considerandi differunt, ut Physica & Metaphysica: utriusque siquidem ὕπονείμενον τὸ ὄν: sed hæc αὐτῶν τὸ ὄν οὐκ, οὐδὲ τὰ τέτων αποχούσαντα αὐτὸν ἔργον: illa vero χειρῶν διατελεῖν περὶ πιθανῶν, οὐδὲν δυνατὸν κατεύθυντα. Arist. γ Metaph. c. i. §. 1. ε Metaph. c. i. §. 1. Averroës 4. Metaph. comm. i. Zabarella 1. denat. Scient. const. c. 3. Aliquæ tandem conueniunt & in re considerata & in modo considerandi, differunt vero tantum accidentaliter; quodeadem res in utraq. scientia consideretur; sed in altera cum additione, in altera cum defectu. Hoc discriminem ἐπισημαῖος οὐτοῦ ἀλλάζει, uti habet Aristot. l. i. post. analyt. c. 10. §. 30. seu subalternas (uti vocant) respicit. Quarum hec est natura; ut scientia subalternata τὸ ὄλον ὕπονείμενον à subalternante accipiat; in hac vero tantum subiectū istud consideretur adjunctum ab omni sensili qualitate, in illa vero cum certæ materie & sensilis cuiusdam qualitatis additione proponatur ut Arithmeticæ & Musica; utraq. considerat numerum, hæc vero prout sonis adjunctus est: illa vero absq. his. Hæc ergo sensilis qualitas non additur modo considerandi, sed rei consideratæ. Differunt proinde ista subiecta tantum καὶ συμβεβηκός, esse entia principia, affectiones & demonstrationes easdem esse necessum est. Desumit ergo sua principia subalternata ex subalternante, quæ in hac & possunt esse principia &

A. 2

conclusiones

conclusiones. Vnde demonstrationes in scientiis istis subalternis exstructa denominationem potius accipiunt à superiore, quam inferiore: Illa enim propriè dicitur demonstrare, quæ medium præbet. Atque hinc etiam inferunt Philosophi, scientias illas non facere numerum, seu essentialiter distinctas esse, cum idem sit subiectum, eadem principia & demonstrationes. Quâ de questione plura Aristoteles l. I. post. analyt. c. 7. §. 23. c. 9. §. 27. c. 10. §. 30. Duns. in præf. in Mag. sentent. quæst. 4. resp. ad secund. Zabarella l. de tribus præcognitis c. 12. & 13. & in comment. ad l. I. post. analyt. §. 59. §. 87. §. 98. & 178.

2 Habet tamen hæc subalternatio locum in solis scientiis mathematicis: Vbi Musica dicitur subalternata Arithmeticæ: cum illa numerum cum qualitate sono videlicet consideret; hæc vero absg. isto. Et Optica Geometriæ: hæc lineam & æquorū considerat, illa vero ut visui accidit. Aristotel. lib. I. post. anal. §. 60. edit. Zab.

3 Falso tamen proinde quidam statuunt istam subalternationem quoq. dari in aliis scientiis, ut Metaphysica, Physica & Mathesi: quod posteriores subalternentur primæ: Est siquidem in istis diuersus considerandi modus, diversa principia, & affectiones, & demonstrationes: ut pluribus probant Zabarella l. de 3. præcogn. c. 14. Pererius l. I. de philos. c. 13. & seqq. Iawellius. Metaph. quæst. 2.

## Q U A E S T I O   I I .

### An Medium demonstrationis potissima semper sit definitio & causa maioris extremi?

1 Et tamen hic divortium faciunt auctores alioquin satis graues. Joann. Duns. 2. post. analyt. quæst. 56. probare nititur: tñ pñctu in demonstratione potissima semper esse definitionem & causam subiecti, seu minoris extremi, nunquam vero affectionis, seu majoris, ne videlicet in demonstratione petitio principij committatur, quoniam definitio ac definitum quoad rem conveniunt: sic q. propositio minor est æquè ignota ac conclusio.

2 Contra tamen vero Egidius Romanus in commentar. ad lib. secund. post. analytic. quæst. de med. demonstr. probatum dare conatur: Medium in ðicēdū nū ejus dicta semper esse definitionem affectionis, & nunquam subiecti: & quidem ex eodem fundamento, ne dubium per æquè dubium con-

bium concludatur. Verum + nos potius cum Avenroë adlibr. I. post. analyt. comm. II. & quæst. 12. Zabarella lib. I. de medio demonstrat. c. 10. Regio I. s. probl. 6. conclus. 4. in medianam descendimus opinionem, statuentes: Medium in demonstratione potissima, primariò, per se, ac semper maioris, raro vero & per accidens minoris, nunquam autem solius minoris extremiti causam vel definitionem (quæ hic propterea pro eodem accipiuntur, quod propria cuiusq; affectionis causa sumatur in ejusdem definitione Zab. ibid. c. 3.) esse. Quod facile confirmamus. I. Accidens non potest esse causa substantiae. In multis demonstrationibus medium est accidens ex natura subiecti fluens. E. in multis demonstrationibus medium non est causa subiecti. II. Illius, de quo est questio, causa adhibenda est. At qui non questio est de subiecto, sed de affectione. E. huius quoq; non illius danda est causa. Quam sententiam etiam ipse Aristoteles suo comprobat calculo l. 2. post. analyt. cap. 2. s. 8. dum scribit τὸ μέσον θεραπεύει τὸ εἴτε πάθος ἀντίκειται. Intelligit vero sicut ipse ibidem explicat τὸ πάθον αὐτοῦ. Quod idem etiam repetit c. 17. s. 25. Ex accidente tamen interdum medium etiam minoris extremiti causa esse potest, quando pro affectione demonstranda adhibetur forma subiecti; ut quando risibilitas de homine demonstratur per rationalitatem. Ad + evagin. Scoti & Egidij respondemus. I. Eos 4 committere ἐλεγχον παρὰ τὸ τῷ οὐκ ἀντίκειται. Non enim simpliciter verum est, definitionem adhiberi in demonstrativo syllogismo, de qua tamen integrâ loquitur illud axioma, sed præcipuam saltem ejusdem partem. Deinde etiam hæc adhibetur non ut pars definitionis, sed ut causa affectionis: sic q; non in demonstratione medius terminus dicitur definitio, sed prout extra demonstrationem in eandem resolubilis est. Plura vide apud Zabarellam lib. I. de med. Demonstrat.

### QVÆSTIO III.

#### Quæ sit ratio Materie & formæ in causa- tione?

Cum + hæ causæ sint internæ, earundem quoq; ratio caussandi, seu causalitas (per quam intelligitur id, quo causa actu & formaliter caussat) interna erit. Ac quidem materiam quod attinet, asserimus, cum materiæ adæquatius effectus sit ipsum compositum, idem duplice modo ab illa caussari, in Fieri & in Facto. Ille modus est via ad compositum, generatio scilicet, quæ

per seipsum caußatur à materia, seu nullâ aliâ re materiae additâ præter generationem illi in hærentem, sic q̄ caußalitas materiae in generatione est ipsamet generatio, ut est eductio è materia. Sicut enim actio non est ab agente per aliam actionem, sed per seipsum, atq; sic est caußalitas ipsius agentis. itd' quoq; eductio seu passiva generatio, quatenus essentialiter pendet à subjecto, ab eodem caußatur materialiter, non per aliam caußalitatem sed per seipsum. Est ergo caußalitas materiae, quatenus est caußa infieri vel formæ vel compositi nihil aliud, quam ipsamet generatio, ut essentialiter pendet à materia: nam hâc mediante concurrit materia ad eductionem formæ vel generationem compositi. Caußalitas ejusdem in facto consistit in unione formæ cum materia. Illa unio ergo est caußalitas, quâ caußat materia compositum vel formam. Statiūmus t̄ proinde, ut paucis multa comprehendamus, rationem caußandi materiae consistere in receptione formæ. Atq; binc diuinus Philosophus i. phys. §. 82. 2. phys. §. 28. 5. Metap. c. 2. Par. 2. τὸν ὑλικὸν definit; quod sit περὶ τοῦ θεοκίμενου εἰς τὸ γένετον τοῦ θεοῦ. Plura viseantur apud Capreolum i. sentent. dist. 43. quæst. 1. a. 1. sect. 3. lavellum 5. Metap. quæst. 2. Conim. 2. phys. cap. 7. quæst. 8. art. 1. Pererium l. 8. phys. c. 2. Caußationem t̄ Formæ quod attinet responder Soarius disp. 1 5. Metap. sect. 6. dist. 7. eam esse actualēm unionem formæ ad materiam, vel uti proponit Fonseca l. 5. Metap. cap. 2. quæst. 2. sect. 2. caußalitas Formæ consistit in eo, ut per seipsum actuēt materiam, ex qua actuātione immediate resultat ipsum compositum. Sic q̄ Forma duplex quidem obtinet officium in caußatione. 1. quo respicit materiam, quam actuat. 2. quo respicit totum compositum, quod generatur. Est tamen utriusq; effektus tantum una caußalitas, actuātio materie. Videatur etiam Pererius l. 8. phys. c. 2.

# QVÆSTIO IV.

*An non omnes formæ educantur?*

I Hanc + Ittem nobis moveat acutissimus Scaliger exercitat. ad Car-  
dan. 6. sect. 2. & 5. Quo in loco non omnes formas è potentia materiæ educi  
asserit. Sed quasdam in potentia agentis esse. à qua et ex qua in materiam  
inducantur. Quod videtur accepisse à Platone in Phædone & Avicen-  
na 1. suffic. c. 10. & 9. Metaphys. c. 4. Qui etiam formas in materiam  
induci

induci dicebant. Sed hi alia ratione, quam ille. Rationes est Scaliger pro sua opinione colligimus tales. 1. Muri forma, quae naturalibus quicquiliis putrefactis inditur, non est in simi istius potestate, nisi potestate recipiendi; est vero in agentis visita, cuius ratione in materiam introducitur. 2. Forma scanni non est in ipso ligno, sed producitur a fabro, in cuius potestate latitabat. 3. Educatio formae est potentia materiae est preparatio materiae ad formam recipiendam; uti habet Fernelius l. 1. de abd. rer. causs. c. 5. Ita preparatio vero non est ipsa generatio, sed aliquid generationem precedens: Hac proinde generatio ab aliquo alio fiet, sic quod non est materia, sed a gente educetur. Verum quod habet divinus noster praceptor l. 1. Top. c. 8. Τοις οὐ τὸ δοκεῖ τοῖς οὐφοῖς, εἰσὶν μὴ ἐν αὐτοῖς τοῖς τῶν τολλῶν δοξαίς ηὔθειαν τὰ δοκεῖνα τοῖς οὐτέρτων ἐπισκευαζέοις. Et Quod omnes concedunt non ἀλόγως sed εὐλόγως dictum videtur.

1. Physic. S. 42. Idem quoque de hac quastione asseri poterit. Est enim unanimis omnium Philosophorum, etiam optimorum opinio: Omnes formas naturales educi est potentia materiae. Et ne unicus quidem ex universa sapientissima et eruditissima illa antiquitate produci poterit, qui in diversam abierit sententiam. Quod enim ad Platonem et Avicennam adtinet, longe aliter isti sentiunt ac Scaliger. Hoc ergo fundamento statim opinionem illam novam rejicere possemus. Ut ne vero potius auctoritatibus, quam rationibus; præsertim cum illas Cicero l. 1. de nat. deor. in Philosopho non adeo requirat; agere videamus, fundamenta pro nostra opinione, omnes formas naturales educi est potentia materiae, adponemus. 1. Qualiter se res habet in esse, taliter etiam in fieri. At qui formae quoad esse dependent a materia in fieri. E. et in Esse. Majorē nemo Philosophorū inficias ibit, cum eas sit tritissimum et vulgatissimum iuglōpsa, quod etiam eodem sensu, habetur apud Scaliger. exerc. 31. Neg. Minor etiam aliquā difficultate laborat. Formae enim inseparabiles sunt. Si hoc. Ergo a materia dependent. Illud asserit ipse Philosophus noster 2. Phys. par. 12. μορφὴ καὶ τὸ εἶδος, ἔχων δὲν, αλλ' οὐτέ τὸ λόγον. et aliis in locis. 2. Generatio semper presupponit materiam ex qua: τῶν γὰρ περιγράμμενον εἴτινα γίνεται. 1. Metaph. c. 8. par. 26. ipso etiam concedente Scal. exe. 6. lect. 13. In hoc enim dicit differre generationē a creatione. Quod hæc est nihil o tanquam termino producatur, illa vero ex presupposita materia educatur. In omni vero generatione substanciali educitur forma. E. forma illa sit ex presupposita materia.

Instans

4 Instas forsitan aliquib. : hanc non vera dicitur esse inter creationem & generationem ; cum haec etiam materiam ex qua non semper requirat. Dicitur enim quod materiae committit. Si causae naturales possunt agere sine materia, illis certe ascribenda est duorum ac productio infinita & præter naturalis ; aut effectui naturali, forma nimirum, productio naturalis & actio causarum naturalium cum Philopono 1. de ort. & inter. Bodino in Theatro orbis denegabitur. Vtrumque absit. Negatur sufficit, potentia agentis esse vicem materiae ex qua. Non quidem negatum imus, agens requiri ad productionem formæ ; verum non tanquam principium vel causam in se ex qua, sed tanquam instrumentum à qua 2. Phys. c. 2. §. 26. 7. Met. c. 8. §. 26. Nil ergo efficiens ex se vel suâ potentia efficit. Si quidem non ingreditur essentiam ipsius effectus ; cum sit tantum causa externa. Proinde firmiter concludimus causam illam ex qua materialem & ad omnem generationem esse causam requiri. Sententiam nostram confirmat etiam divinus Philosophus, dum 1. Phys. §. 82. 2. Phys. §. 28. τὸν ὑλην definit. Quod sit τὸν τοκείμενον ἐπάσφ, εἰς γνέσιην ιυνάρχον & μὴ εἰς ουμβεβηκός. Nonne φέρεται ἐπάλη γνέσιη cum hac nostra ex aliquo fieri vel educi convenit ? Nec obstat : quod idem Philosophus afferat 1. Phys. §. 64. τὸ γνόμενον ἀπαντᾷ σύνθετον θεον & 12. Metaph. c. 3. §. 12. οὐτε ὑλη, οὐτε τὸ εἶδος γνέσιη. Cuius rationem investigat Thomas de Aquino part. I. quest. 45. artic. 8. & quest. 90. artic. 2. Primariò siquidem omnino totum compositum fit & generatur : secundariò vero una congeneratur & fit forma. Atq; hinc Duns. 7. Met. quest. 20. distinguit inter duplum terminum generationis, Quem & Quo. Ille est totum compositum, hic vero forma. Nam cum totum nihil sit aliud, quam partes essentiales unitæ lib. 2. de an. §. 10. Perarius lib. 7. de Natur. c. 20. Et ut harum in composito duas sint, Materia & Forma ; illa non generatur, sed est τὸν τοκείμενον τῆς πάσης γένεσις : generabitur proinde forma. Quā productā dicitur totū & compositum generatum. Iam tamen ad argumenta opposita ordine respondebimus. Ad primum. Committere virum illum doctissimum auctum ab eo τῇ δέκτῃ. Nos siquidem nunquam concedimus istas quisquiliis non habere potentiam ad educendam formam animalis. Quā de re multa Archangelus Mercenarius in dilucidat : Peripatet : p. 313. & seqq. Negatur ullius momenti est ; quod generatio ex tali materia nunquam fit at abs.

at absq; radiis solaribus tanquam agentibus externis. Si enim hæc conseq-  
 uentia procederet, eadem semini etiam in generatione univocâ dūvapu  
 tōs τὸν ψυχὴν adimerem, ( cui tamen Scaliger non solum hanc,  
 sed etiam ipsum actum concedit exerc. 6. sect. 7. & seqq.) cum etiam  
 è semine nunquam generetur homo, nisi concurrat quoq; agens externum  
 semen eiusdemz calorem forvens. . Ad alterum: Diversam esse rationem  
 artificialium & naturalium: quamvis enim inter hæc in quibusdam qua-  
 dam conspiciantur ἀναλογίæ; illa tamen non per omnia vera est.  
 Exponit id ipsum Aristoteles § primæ Philos. c. 9. §. 29. distinctionem faci-  
 ens inter res artificiales. Quod quædam in se contineant dūvapu  
 των οὐκέτη, quæ nullo accedente agente externo è materia educi pot-  
 est, ut sanitas; quæ interdum provenit à calore animalis nullâ adhibitâ ar-  
 te. Interdum vero in materiæ obiecto artis neq; locum habeat dūvapu  
 των οὐκέτη, neq; etiam τῶν οὐκέτη. Sed obedientialis ( uti vulgo Philo-  
 sophi indigitant) cui non respondet potentia activa naturalis, sed  
 νοῦν & idealis. Quod acutè persequitur Soarius disput. meta-  
 ph. 15. sect. 2. dist. 8. ἀναλογία proinde inter res naturales &  
 artificiales in modo productionis, adquæ tamen probandum adhibetur à Scali-  
 gero, nulla est. In productione tamen aliquâ ex parte eandem locum ha-  
 bere posse non insicias imus. Ad tertium. Rebet refutatur Fernelius cum  
 sua educatione cù dūvapu τῆς ὕλης à Scaligero. Hæc enim non est  
 illa eductio Aristotelis: sed apud eundem & eiusdem Interpretes Educie  
 potentia materiæ nihil est aliud, quam materiam habere popensionē ad for-  
 man generandam & introducendam, hanc q; in fieri, esse, & operari natura-  
 liter ab illa dependere. Quā de replura Fonsecal. 5. Metaph. c. 2. quæst. 3.  
 Soarius disput. 15. sect. 2. distinct. 14. & 15. Pererius lib. 5. Phys.  
 c. 22. &c lib. 6. c. 5.

## Q V A E S T I O V.

### An Cœlum constet ex Materiâ & Formâ?

Religio & quosdam incessu, quò minus Cœlo materiam apponentibus assen-  
 tirentur. Scaliger exerc. 6. 1. sect. 1. Quod à Chaldais ortum traxisse, præ-  
 ter hos enim omnes antiquos cœlo materiam concessisse, auctor est Nico-  
 letus Vernia. Quos secuti fuere Platonici, qui cœlum vel simpliciter spi-  
 ritale quiddam dicebant, Cœlius Rhodigin. Antiq. Lect. 1. I. c. 12.  
 vel si cœlo esset tribuenda materia istam vix hoc nomine dignam  
 esse, unde ab iisdem formalis vocatur. Scal. exerc. 61. Cuius sententiae pa-



trōcīnum jam dudum etiam in se recepit Commentator Avenros l. 1. de  
subst. orb. c. 1. & 2. 1. de Cœlo. comm. 10. 8. Metaph. comm. 12.  
dum Cœlum ab omni compositione ex materia & formâ liberum putat; eō  
quod materia Cœli ( si modò hoc nomine venire possit ) ex se actus sit & in-  
termedium quiddam inter potentia & actum. Hunc sequuntur Nicolettus  
Vernia in resolut. ejusd. quæst. apud Avenroem. Duns. 2. sentent.  
dist. 12. & 14. quæst. 1. & in Report. ib. quæst. 1. Jandunus lib. 1.  
de Cœlo. quæst. 7. Durandus 2. sentent. dist. 12. Albertus de Saxonia.  
1. de Cœlo. quæst. 4. Zabarella l. de Natura Cœli. c. 3. Picolomine-  
us l. de Cœlo. c. 6. Mercenarius in dilucidat. peripat. p. 90. 119. 120.  
Fundamentum + horum auctorum hoc est. πᾶν δύναμις ἀματής

<sup>2</sup> αὐτὸς δὲ θεός. θ. Met. c. 8. §. 17. At cœlum est αὐγένητον αὐθαρτον  
ργὴ θεοῦ. 2. de cœlo §. 17. E. Cœlo materia cū potentia attribui nō  
poterit. Sed + bene habet. Nos potius cum Egidio Romano in opuscul.  
3 de mat. Cœli. quæst. 1. Javello. 8. Metaph. quæst. 12. & Meta. 9. q.  
17. Sonzinate 12. Metaph. q. 7. Thoma Aquin. part. 1. quæst. 66. a. 2.  
1. de cœlo lect. 6. 8. Phys. lect. 20. Soario disputat. 13. lect. 10. Pe-  
rorio. 1. 5. Phys. c. 9. Conn. Dd. 1. de cœlo c. 2. quæst. 4. imo ipso A-  
ristotele. 1. de cœlo §. 93, 94, 95. 2. de Gener. §. 51. 12. Metaph. c. 2.  
§. 10. & alibi afferimus; Cœlum esse corpus verè compositum ex mate-  
riâ & forma. Quod l. in genere ita probamus. Omne corpus naturale con-  
stat principio activo & passivo. 2. Phys. c. 1. Cœlum est corpus naturale  
1. de cœlo. §. 5. 3. de cœlo c. 2. 1. de part. anim. c. 5. 8. Metaph. c. 1.  
§. 1. & cap. 4. §. 12. 12. Metaph. c. 1. §. 5. Ergo etiam erit compositum  
ex materia & formâ. II. Cœlum aut erit pura potentia, seu materia; aut  
purus actus seu forma: Aut compositū ex materia & forma. Non enim plu-  
res dantur substantiae. 2. de an. §. 2. pura μορφὴ οὐδὲ σύντελέχεια non po-  
test esse, cum etiam hic locum habeat η πάραπλὴ δέχη: patitur si-  
quidem in motu. Neg. etiam mera δύναμις est. E. ἐκ τῶν  
Obijcis + cum Aven. 10. Meta. com. 5. Cœlum non esse in categoria substan-  
tia. Quæ hac ἀλογία? εἰδὸς αὐτὸν δοθεῖσαι, τὰλλα συμβαίνει verè  
reliquit divinus noster præceptor 1. Phys. §. 10. & 22. Si Cœlum non  
ἕτερα accidens erit. Instas aliter. Non denegari αὐτῷ cœlo mate-  
riam, sed eam, quæ est cum δύναμι: attribui verò eidem materi-  
am, quæ sit media inter δύναμιν η σύντελέχειαν. Sed ubi hac mate-  
ria? Nonne in omni Philosophia peripatetica monstrum? Sic enim The-  
mistiū in magna digres. 1. Phys. ad §. 61. Materia secum infert poten-  
tia essentia

riæ essentiam; & ad quascunq; res derivatur materia, ad easdem etiam po-  
tentia referenda est. Si media est, aut participabit de utroq; extremo, aut  
de neutro. Zabarella in comment. ad §. 13. cap. 2. l. i. post. analyt. Neu-  
trum sine magna arnitia de simplici aliqua materia asserti potest.  
Cælum proinde omnino compositum erit ex materia proprie ita dicta & for-  
mâ. Et quidem † illud etiam in specie ita demonstratum dari potest. Cuicun-  
que competunt omnes affectiones materiæ, illud eandem necessariò habet.  
Nam idior wāθ & semper testatur de suo wāθ dñi. Atqui  
cælo competunt omnes affectiones materiales. Est siquidem cæ-  
lum aīsInidv. 1. de cælo §. 92. Omnis autem substantia sensibilis  
materiâ constat. 8. Metaph. §. 10. Vnde Avenroës. 1. de cælo. comm. 91.  
Vnumquodq; est sensibile propter materiam. Cælum est quantum. Que  
Quantitas non à formâ provenire potest. s. phys. §. 3. Sed à materia. Vn-  
de Plotinus Ennead. 2. l. 4. c. 6. talem exstruit maximam. Quicquid  
habet molem seu quantitatem, habet etiam materiam. Cælum est  
rarum & densum; que wādū etiam immediate materiam inse-  
quentur. At q; hinc ipse Avenroës sui quasi oblitus. 12. Metaph. comm.  
10. materiam cælo concedendam esse firmiter concludit. Si ergo † Materia &  
cælo asscribitur, omnino etiam forma eidem assignanda erit. Principium pas-  
sivum siquidem nuspian est absq; activo, quod μορφὴ est. Restat  
† ut ad contraria respondeamus argumenta. Ad primum dicimus. In eius  
propositione maiore committi ἐλεγχον ταρεγι τὸπην κατωλῶς. Protu-  
lit siquidem id Aristoteles tantum de potentia, quæ in hisce inferioribus lo-  
cum habet, id quod rotæ textus ouvēma convincit, & ipse expressis  
verbis 12. Metaph. §. 12. explicat. Non vero de omni dūvāμ, sub qua et-  
etiam cælum comprehenditur. Vnde rectè duplē desumpsit potentiam  
Thomas Aquinas: alteram ab actu separabilcm, quæ se ex aequo habet ad es-  
se & non esse; alteram actu semper coniunctam, quæ unam tantum par-  
tem contradictionis respicit, & hæc in cælo locum habet.

## Q U Æ S T I O VI.

### An Naturæ corporum cœlestium & sublun- narium sit diversa?

Cælum † habere formâ & materiam superiori quæstione conclusum fu-  
it. An vero istæ differant abiis quæ in hisce sublunaribus dantur jam dispi-  
ciemus. Et quidem de forma, quod differat à formis horum sublunariū res  
est manifesta. Omnia siquidem corpora à se in vicem differunt per suos a-

Eius. Qui actus sunt formæ. Cœlestia verò & sublunaria differunt. Quapropter omnino etiam illorum actus seu formæ di-versæ erunt. De materia tamen verò potissimum quæritur. Anne hæc specie di-versa sit à materia primâ horum inferiorum. In negativam abeunt partem Avicenna i. suff. c. i. Egidius Romanus opusc. de Mat. cœli q. 2. Philoponus in disputat. contra Proc. Scaliger exerc. 61. sect. i. & 5. & l. i. de Plantis p. 91. ob rationes sequentes. 1. η ἀντιλέχεια χωρίς? Met. c. 13. §. 49. Materia verò ex se nullam habent ἀντιλέχειαν: E. hæc non possunt specificè distingui. 2. Entia citra necessitatem nō sunt multiplicanda. Id tamen in di-versitate materiæ fieret. Hæc siquidem in ferior materia poterit illa omnia expedire, quæ cœli materia expedit. Verum tamen di-versam asserit divisus Philosophus in Metaphysic. c. 4. §. 12. πάντα αἱ οὐκ εἶχεν γεννητήν, ἀλλὰ μόνον καὶ τόπον γενητήν, 12. Metaph. c. 2. §. 10. γένη εἶχεν οὐσία μεταβάλλεις, αλλὰ εἴτε γεννητήν, οὐσία μὴ γενητήν, γενητήν δὲ φορῶν, αλλὰ γεννητήν, ἀλλὰ πίθεν πᾶν. Quod idem asserit 9. Metaph. c. 8. §. 17. i. de Gener. & Corrupt. §. 43. &c. i. de cœlo aliquoties repetit, cœlum corpus esse genere (non Logico sed Phylico, quod ex materia defumitur. 6. Metaph. c. 2. §. 2. Soarius disp. 35. sect. 3. dist. 37. Thomas opuscul. 42. c. 6.) di-versum ab hisce inferioribus. Hunc sequuntur ejusdem alumni. Averroës 8. Metaph. comm. 12. 10. Metaph. c. 5. 12. Metaph. c. 11. afferens. Si cœlo materia assignanda esset, eam necessariò fore di-versam à materia prima corruptibilem. Thomas part. I. quest. 66. a. 2. Hervæus opusc. de mater. cœli. Soarius tom. I. disp. Metaph. disp. 13. sect. 11. Fonsecā l. 5. Metaph. c. 3. quest. 2. sect. 1. Pererius l. 5. Phys. cap. 10. Conimbricenses I. de cœlo c. 2. quest. 6. Mercenar. indilucidat: peripat. p. 83. & ferè Philosophi saniiores ad unum omnes. Quorum opinione & nos defendemus I. Materia prima per diu natum τῆς αὐλίσθατος habet se aequaliter ad esse & non esse, facit que omnia corpora, quorum est principium constitutivum, corruptibilia. Quod asserit expressè Philosophus noster. 2. de Gener. & Corrupt. c. 9. §. 51. γένη τοῖς γενητοῖς δινον αὐλον τὸ δυνατὸν εἶναι ή μὴ εἶναι, ή γένη διατίκα τὰ εἶναι ή μὴ. I. de cœlo. §. 136. 12. Metaphys. §. 19. Cœlum verò αὐλίσθατο est: proinde quoque habebit potentiam ad unam τῆς αὐλίσθατος partem, Esse videlicet, & quidem ad unam formam, quam semper habuit: uti recte infert. Thomas part. I. quest. 97. a. 1. in resp. & quest. 84. a. 1. ad pr. Non ergo hæc materia cœlum præditum erit.

Sed



Sed t̄ huic rationi se objicit vir ille acutissimus Scaliger exerc. 61. 4  
l. 1. & 5. dicens. Materiam primam dūvap̄iū t̄s ἀντίφαστως habe-  
ret tantum in rebus hisce sublunaribus, in aternis vero eandem amittere:  
cum non materia prima sed privatio t̄s φθορᾶς cūt̄r̄ sit. Deinde  
etiam ἀντίφασι in cælo locum habere, verum nō illam quae est τὸ φῶς  
τὸ εἴναι, r̄ḡ μὴ εἴναι. Sed τὸ θεόν, τὸ οὐ. Verūm t̄ quarimus ex viro il- 5.  
lo eruditissimo, dūvap̄iū t̄s ἀντίφαστως anne de essentia materia  
prima? Afferuimus idem ex Aristotele & ratione. Quod ne  
ipse quidem Scaliger indubium vocabit. Si de essentiā: aut ejusdem con-  
stituti-vum, aut consecuti-vum erit. Virum statuatur, neutrū tamen à  
materia abesse potest. Si enim constituit, quomodo aberit? Sin essentialiter  
consequitur, quā ratione id fiet, si non semper cum illo conjunctum? No-  
lens volens proinde Scaliger concedere cogitur, istam potentiam contradic-  
tionis neutiquam à materia, ubi cunḡ etiam sit, separari posse. Ex quo  
t̄ fundamento etiam rejicitur objectum illud Egidii, dūvap̄iū t̄s αἱ- 6.  
τὶ φάστως in materia illa cœli expleri per alteram contradictionis  
partem à nobilitate formæ. Et hac siquidē ratione aliquod essentiale materiae  
primæ demeretur, utpote quæ appetitū illū ad plures formas amisisset. Et si  
nobilitas formæ istum appetitum è materia primā tollere posset, quidni tolle-  
retur ille, quando animæ rationali substāt? Quā formā forsitan nobilior non  
datur. Commitit etiam Scaliger in responsione illa priore ἀγγελίᾳ  
Ἐλέκχεται ἐνεργούμενω. Non enim hic quarimus de corruptio-  
ne actuali, ad quam privationem requiri non inficias imus, sed de ipsa cor-  
ruptibilitate queritur; cujas caussa privatio assignari non potest, cum sit  
ante privationem, ipsa videlicet materia prima. Sic & Scaliger ita neutrū  
argumenti nostri non tangit. Ne & etiam altera responsio Scaligeri quicquam  
officit nostræ rationi. Nos siquidem tantum concludimus cum Aristotele  
pro dūvap̄iū t̄s αἱτὶ φάστως proprie ita dictā, quæ est πηδὸς τὸ εἴναι  
μὴ μὴ εἴναι: non vero de analogica illa secundum locum. Infers t̄ 7  
tandem. Non omnem corruptibilitatem secum importare corruptionem a-  
ctualem: sicut terra, quæ est circa centrum dicitur quidem corruptibilis,  
ipso actu tamen nunquam corrumpitur. At qui hac ratione etiam Cœlum  
posse dici corruptibile, licet propter defectū externorum agentium nunquam  
corrumpatur. Verum hoc ipsum volebamus: Cœlum ergo corruptibile  
ex principiis internis naturalibus? Ergo non aeternum. Ergo non diuinum.  
Quæ ἀλογία jamdudum à nostro divino Praeceptore è Philosophia  
saniore explosa est. Manet ergo nostrum argumentum sartum tectum. Cui

annectemus & aliud: Quaecunq; non inse invicem agunt, & à se invicem patiuntur, illa sunt diversæ materiæ. 1. de Gener. & Corrupt. c. i. §. 1. §. 43. §. 53. §. 54. §. 87. Cœlum & hæc inferiora non inse invicem agunt: cum Cœlum quidem in hæc inferiora agat, reactio tamen horum inferiorum in cœlum non cadat. Ergo habent materiam diversam. Excipit + Scaliger cōtra hoc argumentum: Illam passionem cōlo denegari non ob diversitatem materiæ sed carentia contrariarū qualitatū. Sed salva res est. Unde illa cōtraria qualitatū? Nonne ex privatione materiæ istis obnoxiae? Ad argumenta + initio proposita respondemus. Ad prius quidem per distinctionem inter actum Physicum & Metaphysicum. Si ἀξιωματικό illud Aristotelicum ad solum actum Physicum restringatur; dicimus ibi tantum sermonem fieri de distinctione compositorum non v. simplicium. Sin ad omnem actum etiā Metaphysicum, asserimus, & istas materias per suos actus, hoc est, per suas entitates à se invicem discrepare, sicuti forma differt à materia. Quas propterea potius diversas, quam differentes dicendas esse acutè probat Pererius l. 5. Phys. c. II. ex Aristotele 10. Metaph: c. 3. §. 12. Ad posterius respondemus per distinctionem inter ea, quæ competunt materiæ ratione generis, & quæ competunt eidem ratione speciei, seu prout est prima in hisce inferioribus. Generalia materiæ potest etiam materia prima in cœlo expedire. Quæ sunt, substare formæ, constituere compositū, largiri quantitatem &c. Specialia v. materiæ prima cœli materia expedire non potest: ut corruptibilitatem largiri composito.

### QUÆSTIO VII.

#### Quale Ens Lumen.

1. Distinguit + Zabarella l. 1. de visu. c. 4. inter Lumen & Lucem. Lux idem illi dicitur illa qualitas, quæ est in corpore lucido, ut sole, luna, astris & flamma: Lumen v. id quod à luce producitur in perspicuo, & definitur ab Aristotele l. 2. de an. §. 69. ἡρέγγεια & διαφανῆς ἡδαφεῖς. ut ita in sole propriè sit Lux, in aere lumen.

2. Quid + de hac distinctione inter Lucem & Lumen censendum sit, non querimus: Perinde enim impræsentiarum nobis est, siue facias reale siue tantum rationis discrimen: Cum hic queratur, qualem essentiam, siue quale Ens sit illud lumen, quod per præsentiam solis vel aliorum corporum lucidorum aeri quasi imprimitur. Vbi referri fuerunt nonnulli, qui illud substantiam dixerunt, & quidem corpoream. Quorum tamen opinionem ipse Aristot. l. 2. de an. §. 69. refutat. Quā etiam de quæstione pluribus agunt Thomas de Aquino part. I. quæst. 77. art. 2. & 3. Egidius Romanus in comment. ad 2. de an. dub. I. §. 76. mihi p. 40. Joannes Grammaticus

maticus l. 2. de an. c. de visu. Picolomineus l. de sensu visus. c. 6. & 7.  
ūtāpēis ergo & & rīa lumini denegatur? Anne etiam ov? Mini-  
nimè. Proinde accidens erit. Sed + hic alia controversia. Si accidens vel, 3  
intentionale vel reale. Illud propugnat Thomas quæst. super. dicta. art.  
3. Hoc Egidius etiam loco supr. dicto. dub. 2. Nos v. potius medium  
cum Zabar. l. 1. devisu c. 6. Scoto l. 2. sent. dist. 13. art. 1. Durando ibid.  
Picol. l. de sensu vis. c. 8. Baccon. & aliis arripimus. Lumen & Ens reale  
& intentionale statuimus. Hoc quidē vocabulo Intentionis pro eo, quod est  
imago alterius repræsentati va, etiam si non sit in anima, accepto. Id quod fa-  
cile probamus. Nam non ne lumen repræsentat ipsam lucem à quā produ-  
citur? Annon oculis percipimus lucem tanquam colorem? Hoc quomodo  
absq; intentione & repræsentatione coloris vel lucis fieri posset? Manife-  
stum proinde est Lumen esse Ens intentionale. Facile etiam alterum de-  
monstrari poterit. Esse Ens reale. Omnis enim effectus realis ex Ente  
reali producitur: causa siquidem non deterior suo effectu. Calor verò à lu-  
mine productus annon est effectus realis? Annon lumen vehemens oculum  
realiter destruit? Nemo forsitan mentis id inficias ibit. Non proinde in-  
conveniens unum Ens & reale & intentionale esse posse. Quod tamen exi-  
st. mabant Thomas & Egidius.

#### QUÆSTIO VIII.

#### Vnde desumenda distinctio virtutis tum intellectualium?

Quinq; à Philosopho l. 6. Ethic. ad Nicomach. c. 3. n̄s dic-  
tioes capiuntur. Téχνη, Φέρνη, ἐμπήπεδος, νόος φίλος.  
De distinctione harum virtutum inter se queritur. Respondebat Thomas  
Aquinas, istam petendam esse ex fine. Scotus verò ex objecto. Sed utraq;  
opinio vera est. Distinctio siquidem harum virtutum originem trahit à  
fine, proximè autem reperiatur in objecto, ratione sui modi considerandi.  
Quoniam sicuti se res habet in productione, ita etiam in distinctione. At in  
istarum virtutum productione finis non pendet ex aliis, sed est origo omnis  
ordinis, proinde etiā distinctionis. Quare primariò hæc distinctio desumitur à  
fine, secundariò verò ab objecto: potest n. esse idem objectum variarum vir-  
tutum, licet diversa ratione, qua tamen diversa ratio tantum ex fine desu-  
mitur. Cui etiam suffragium addit ipse Aristoteles 2. Metaph. a. min. c. 1.  
§. 3. l. 3. de an. §. 49. 2. Phys. §. 15. & 26. Plura vide apud Picolomineum  
gr. 5. civil. Philof. c. 9.

#### QUÆSTIO IX.

#### Opinio quomodo à scientia differat?

Scientia ab Aristotele 6. Ethic. c. 3. definitur εγις δοδεκα-  
την. Opinio v. à Picolomineo gr. s. civil. Philosoph. c. 10. Existi-  
matio vel assensio de eo, quod potest secus se habere. Conveniunt ergo in eo;  
quod utraq; sit habitus mentis l. i. post. analyt. & l. 6. Ethic. passim. Hu-  
jus rei rationem assignat Picolomineus gr. s. c. 5. Differunt, v. i. in ma-  
teria. Quod opinio in variabili & mutabili l. 3. Ethic. c. 4. scientia v. in cer-  
ta & aeterna occupata sit l. 6. Ethic. c. 3. 2. Fine. Hujus finis est necessa-  
rius assensus. Illius v. existimatio probabilis. 3. Efficiente. Scientiam paris  
syllogismus demonstrativus, opinionem vero Topicus. 4. Ratione medio-  
rum. Illa habetur simpliciter per causas: hæc vero potest haberet etiam  
per accidentia & principia probabilia.

#### QUÆSTIO X.

#### An in pænis distinctio facienda inter no- biles & ignobiles?

I Non tamen videtur. Sic enim Majestas divina Genes. 9. v. 5. & 6.  
āπλως loquitur. Quicunq; profundit sanguinem humanum, &  
ejus sanguis profundetur. Et in Deuteron. Ita magnum judicabis ut  
parvum, nec erit apud te acceptio personarum. Id quod & factio præstif-  
fe sapientissimum Solomonem 3. Reg. 2. legitur. Quod idem sentiunt etiam ll.  
politica. Qui hominem occiderit penâ afficitur non habita ratione cuius con-  
ditionis hominē interficerit. l. Cornel. de Sicar. simile habet Bartol. l. 1. C.  
de cond. lib. II. Accedit & ratio i sic inter nobiles plura perpetrarentur fla-  
gitia ob defectum pænarum Agellius l. 20. noct. Att. c. I. Quod in Polonia  
contigisse ē comitiis Petri coviensibus. Anno 1523, manifestum est. 2.  
Vir majoris dignitatis bis peccat, factio & exemplo. Cicero 3. de ll. Di-  
stinctiones tamen & hic quasdam, adjungimus. 1. Inter Iustitiam & In-  
iquitatem: interdum siquidem hæc præseriunt illi. l. 15. l. 18 3. ff. de R. l.  
2. Inter ll. & privilegia. 3. Inter nobiles virtutes & genere. 4. Inter ipsas  
circumstantias. Propter hæc quatuor interdū cōtingit non omnes delinquen-  
tes eadem pæna plecti. Quod videre est. Numeror. cap. 35. Et in Ionaz-  
thane. l. Reg. 14. & aliis.

Mōvō τῷ Θεῷ δόξαι.







B.I.G.

